

Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes: Sanctus.

Communió

Hónora Dóminum de tua substántia, et de prímítás frugum tuárum: et implebúntur hórrea tua saturitáte, et vino torculária redundábunt. (*Prov 3:9-10*)

1. Beátus vir, qui timet Dóminum, in mandátis ejus cupit nimis.
2. Potens in terra erit semen ejus, generátio rectórum benedicétur.
3. Glória et divítiae in domo ejus, et justítia ejus manet in sæculum sæculi.
4. Exórtum est in ténebris lumen rectis, miséricors et miserátor et justus.

Postcommunió

Sentiámus, quaesumus, Dómine, tui perceptiÓne sacraménti, subsidiúm mentis et córporis: ut, in utrÓque salváti, cæléstis remédii plenitúdine gloriémur.



Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubinai ir Serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

KOMUNIJA

Gerbk Viešpatį viskuo, ką turi, ir visomis savo derliaus pirmienomis; tuomet tavo svirnai bus pilni grūdų ir jaunas vynas liesis per statinių kraštus. (*Pat 3:9-10*)

1. Palaimintas, kas Viešpaties pagarbiai bijo, kas nuoširdžiai vykdo jo įsakymus.
2. Jo palikuonys bus galingi, palaiminta dorųjų karta.
3. Jo namuose bus gerovė ir turtai, amžinai tvers jo teisumas.
4. Jis yra lyg šviesa, šviečianti tamsoje doriesiems, visados švelnus, gailestingas ir teisus.

POSTKOMUNIJA

Priėmę Tavo sakramentą, Viešpatie, tepatiriame mes Tavo pagalbą sielai ir kūnui, kad išgydyti mes galėtume džiaugtis dangišku išgelbėjimu.

Proprium Missæ

DOMINICA XI POST PENTECOSTEN XI SEKMADIENIS PO SEKMINIŲ



Introitus

Deus in loco sancto suo: Deus qui inhabitare facit unánimes in domo: ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi suæ.

Ps. Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci eius: et fúgiant, qui odérunt eum, a fácie eius. (Ps 67:6-7; 67:36; Ps 67:2)

Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, qui, abundántia pietátis tuæ, et merita súpplicum excédís et vota: effúnde super nos misericórdiam tuam; ut dimíttas quæ consciéntia metuit, et adiicias quod orátio non præsumit.

Epístola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corinthios (1 Cor 15:1-10)

Fratres: Notum vobis fácio Evangélium, quod prædicávi vobis, quod et accepístis, in quo et státis, per quod et salvámini: qua ratione prædicáverim vobis, si tenétis, nisi frustra credidístis. Trádidí enim vobis in primis, quod et accépi: quóniam Christus mortuus est pro peccátis nostris secúndum Scriptúras: et quia sepúltus est, et quia resurréxit tértia

INTROITAS

Dievas savo šventoje buveinėje. Dievas duoda bendraminčiams namus gyventi, Jis teikia galybę ir jėgą tautai. *Ps.* Dievui pakilus, pakrinka jo priešai; tie, kurie jo nekenčia, bėga nuo jo veido. (*Ps 67:6-7; 67:36, Ps 67:2*)

KOLEKTA

Visagalis amžinasis Dieve, kuris dalini savo meilę gausiau negu Tavo nuolankūs prašytojai nusipelno ir dar daugiau negu jie prašo. Išliek ant mūsų Savo gailestingumą, kad galėtum atleisti ko mūsų sąžinė bijo ir duotum tai, ko savo maldomis neišdrįstame paprašyti.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Korintiečiams (1 Kor 15:1-10)

Broliai, aš aiškinu jums Evangeliją, kurią esu jums paskelbęs, kurią priėmėte, kurioje stovite ir kuria būsite išgelbėti, – jeigu jos laikotės taip, kaip esu jums paskelbęs; antraip būtumėte veltui įtikėję. Pirmiausia aš jums perdaviau, ką esu gavęs, būtent: Kristus numirė už mūsų nuodėmes, kaip skelbė Raštai; jis buvo palaidotas

die secúndum Scriptúras: et quia visus est Cephæ, et post hoc úndecim. Deinde visus est plus quam quingéntis frátribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormiérunt. Deinde visus est Iacóbo, deinde Apóstolis ómnibus: novíssime autem ómnium tamquam abortívo, visus est et mihi. Ego enim sum mínimus Apostolórum, qui non sum dignus vocári Apóstolus, quóniam persecútus sum Ecclésiám Dei. Grátia autem Dei sum id quod sum, et grátia eius in me vácuá non fuit.

Graduale

In Deo sperávit cor meum, et adiútus sum: et reflóruit caro mea, et ex voluntáte mea confitébor illi.

V. **Ad te, Dómine, clamávi: Deus meus, ne síleas, ne discédas a me. (Ps 27:7 27:1)**

Alleluía

Alleluía, alleluía.

V. **Exsultáte Deo, adiutóri nostro, iubilate Deo Iacob: súmite psalmum iucúndum cum cíthara. Alleluía. (Ps 80:2-3)**

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secundum Marcum (Marc 7:31-37)

In illo témpore: Exiens Iesus de fínibus Tyri, venit per Sidónem ad mare Galilaeæ, inter médios fines Decapóleos. Et addúcunt ei surdum et mutum, et deprecabántur eum, ut impónat illi manum. Et apprehéndens eum de turba

ir buvo prikeltas trečiąją dieną, kaip skelbė Raštai; jis pasirodė Kefui, paskui Dvylikai. Vėliau jis pasirodė iš karto daugiau nei penkiems šimtams brolių, kurių daugumas tebegyvena iki šiolei, o kai kurie yra užmigę. Po to jis pasirodė Jokūbui, paskui visiems apaštalams. O visų paskiausiai, lyg ne laiku gimusiam, jis pasirodė ir man. Juk aš esu mažiausias iš apaštalų, nevertas vadintis apaštalu, nes esu persekiojęs Dievo Bažnyčią. Bet Dievo malone esu, kas esu, ir jo man suteiktoji malonė neliko bergždžia.

GRADUALAS

Dievu pasitiki mano širdis. Jis man padėjo, ir sužydėjo mano kūnas, – savo valia išpažinsiu Jį.

V. Tavęs, Viešpatie, šaukiuosi: mano Dieve, nebūk man kurčias, neapleisk manęs. (Ps 27:7 27:1)

ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

V. Smagiai giedokite Dievui, mūsų gynėjui, šaukite iš džiaugsmo Jokūbo Dievui! Pritarkite švelniai su arfa. Aleliuja. (Ps 80:2-3)

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Morkų tęsinys (Mk 7:31-37)

Anuo metu, palikęs Tyro sritis, Jėzus per Sidoną atėjo prie Galilėjos ežero, į Dekapolio krašto vidurį. Ten atveda jam kurčią nebylį ir prašo uždėti ant jo ranką. Jis pasivėdėjo jį nuošaliau nuo minios, įleido savo pirštus į jo ausis,

seórsu, misit dígitos suos in aurículas eius: et éxspuens, tétigit linguam eius: et suspíciens in coelum, ingémuit, et ait illi: **Ephphetha, quod est adaperíre. Et statim apértæ sunt aures eius, et solútum est vínculum linguæ eius, et loquebátur recte. Et præcépit illis, ne cui dícerent. Quanto autem eis præcipiébat, tanto magis plus prædicábant: et eo ámplius admirabántur, dicéntes: Bene ómnia fecit: et surdos fecit audíre et mutos loqui.**

Offertorium

Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me, nec delectásti inimícos meos super me: Dómine, clamávi ad te, fet sanásti me. (Ps 29:2-3)

Secreta

Réspice, Dómine, quaesumus, nostram propítius servitútem: ut, quod offérimus, sit tibi munus accéptum, et sit nostræ fragilitátis subsidium.

Præfatio de ss. Trinitate

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Fílio tuo et Spírítu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in uníus Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spírítu Sancto sine differéntia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternæque

palietė seilėmis jo liežuvį, pažvelgė į dangų, atsiduso ir tarė jam: „Efatá!“, tai yra: „Atsiverk!“ Ir tuojau atsiverė jo klausas, atsirišo liežuvio ryšys, ir jis kalbėjo kaip reikia. Jėzus jiems liepė niekam šito nepasakoti. Bet kuo labiau jis jiems draudė, tuo jie plačiau jį skelbė. Žmonės be galo stebėjosi ir kalbėjo: „Jis visa gerai padarė! Jis daro, kad kurtieji girdi ir nebyliai kalba“.

OFERTORIUMAS

Skelbsiu Tavo didybę, Viešpatie, nes mane išgelbėjai ir neleidai džiūgauti mano priešams. Šaukiausi Tavęs, Viešpatie, ir tu mane išgydei. (Ps 29:2-3) (Ps 24:1-3)

SEKRETA

Meldžiamo, Viešpatie, gailėtingai pažvelk į mūsų maldas, kad aukos, kurias aukojame, būtų Tau priimtinos ir padėtų nugalėti mūsų silpnybes.

ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir